

*143. Instrumentum venditionis di
Colotto de Abeiola <ovvero Abriola>
in favore Dominio de Vincola
<ovvero Domenico de Vineola>*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*143. Instrumentum venditionis di
Colotto de Abeiola <ovvero Abriola>
in favore Dominio de Vincola
<ovvero Domenico de Vineola>*

1439-09-11

(c. 398v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatragesimo
tricesimo nono, regnante serenissimo et illustrissimo
domino nostro domino Renato Dei gratia Hierusalem
et Sicilie rege ac Andegavie, Bari et Lotoringie duce,
Provincie, Pontus marchionis <sic> et Cenomanie
comite, regnorum vero eius anno quinto feliciter amen,
die decimo primo mensis septembris, tertie indictionis,
apud civitatem Potentie.

Nos Antonellus de Roto ipsius civitatis reginalis ad
contractus iudex per totum regnum Sicilie, Rogerius de
Lauro de terra Athan(e), incola seu habitator civitatis
nominated, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie
reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc
specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico
[ven]ditionis instrumento fatemur, notumfacimus atque
testa[mur] quod eodem die in nostri presentia constitutus
Coloctus de [Abeiola] de dicta civitate, non vi, dolo,
metu ductus nec aliquibus suasionibus circumventus,
sed sua gratuita et spontanea voluntate, sicut sibi utile
et expediens visum fuit, vendidit, alienavit et fustis
tradicionem assignavit, iure proprio et imperpetuum,
Dominio de Vincola sui generi ibidem presenti, pro
se et suis heredibus ementi et recipienti, medietatem
unius vinere, situm et positum <sic> in tenimento
civitatis predicte, in contrata ubi dicitur Petra Recolfa,
confinatum <sic> ab uno latere iuxta vineam Nicolai
Vechi quamvis possidet Nicolaus Antonius suus filius
sepe comuni mediante, ab inferiori parte iuxta vineam
Verchiuti inter sex iurtii mediante viam publicam et alia
parte iuxta terram Iohannis Nicolai Vecchi et alios fines,
francam, liberam et exenctam <sic> ab omni redditus

<sic>, ne(xu), censu, (one)re. Item medietatem unius terre
 sitam et positam in eodem loco, videlicet in capite ipsius
 vinee, cum redditu sive censu annuatim solvendo (c.
 399r) // ecclesie Sancti Girardi grannorum <sic> decem;
 et dictus venditor prefatum emptorem in corporalem
 possessionem dictarum vinee et terre per fustem inducere
 ad verum dominium et proprietatem ipsius emptoris et
 suorum heredum ad habendum, tenendum, possidendum,
 donandum, permutandum nec non et quocumque modo
 voluerint dictus emptor et sui heredes alienandum,
 cum eorum viis in dictis vinee et terre <sic> intrandi
 atque exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et
 pertinentiis eorum eis pertinentibus quoquomodo. Pro
 qua vendicione dictus venditor coram nobis conf[ex]us
 fuit et contentus se vocavit habuisse et manual[iter]
 recepissee a dicto emptore, nomine ultimi pretii in carlenis
 argenti usualis pecunie regni huius, unciam unam et
 tarenos viginti quinque ponderatos <sic> generalis, totum
 silicet precium vendicionis ipsius, promictens dictus
 venditor per se et suosque heredes dicto emptori, pro
 se et suis heredibus stipulanti, litem, controversiam
 vel questionem aliquam de dictis vinea et terra ullo
 unquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel
 assentire, sed dictam vendicionem et omnia et singula
 sibi dicta et infrascripta firmum et firma ac rata habere,
 tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se et suos
 heredes aud aliquos quovismodo, in iudicio et extra, de
 iure vel de facto, modo, ingenio seu tractatu, sub pena
 unciarum auri quatuor, medietate ipsius pene regie curie
 vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu
 querela // (c. 399v) et altera medietate dicto emptori
 vel suis heredibus persolvenda, me predicto notario seu
 quociens fuerit quomodolibet contrafactum tamquam

persona publica pro parte dicte curie et dicto emptori pro se a prefacto venditore penam ipsam ullopniter et legitime stipulante. Qua comissa vel non comissa, exapta vel non exapta seu gratiose remissa, presens nihilominus publicum instrumentum cum omnibus que iuste continet in suo tempore robore et efficaciter perseveret, cum refeccione damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent proptor quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assercioni cum iuramento dicti emptoris et suorum heredum, nulla alia ratione vel probatione quesita; et renunciavit super hiis dictus venditor pro cautela dicti emptoris et suorum heredum voluntarie et expresse exceptioni doli mali, vix, metus et in factum presentis non sit celebratus contraptus, exceptioni deceptionis et fraudis rei que predicto modo non geste vel aliter habere quam superius continetur et est expressum, exceptioni dicte vero peccunie non numerate, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi resissorie que deceptis ultra dimidiam iux precii suburuntur et generaliter omnibus aliis auxiliis omnium iurium atque legum et iure(m) dicenti generali renunciacioni non valere et iure per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit quibus et propter que dicta vendicio et confexio ac scripti huius tenor possit in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis, quod que predicta omnia // (c. 400r) et singula vera sunt dictus venditor prefacto emptori coram nobis recipienti corporaliter tacta prestitit ad sancta Dei evangelia iuramentum, actum etiam iure pactis quod si aliqua iuris diccio in presenti instrumento deesset, tacite et expresse intelligatur et tociens ac fieri et emendi possit quociens opus fuerit ad consilium sapientis, veritatis

substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et dicti Colocti venditoris preces et dicti emptoris et suorum heredum, cautelam factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

Così S! per vinee

Così S per quam vineam

inter-iurtii Così S, dubito della trascrizione

Così S per induxit

Così S per supra

Così S per sollempniter

Così S per in se

Così S per semper

Così S per efficacia

Così S per propterea

Così S per sic

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

Quod scripsi ego predictus Rogerius publicus ut supra
notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo solito signo signavi. Ego
Antonellus de Roda qui supra iudex pro officiirr et me
subscripsi Ego Iacobus Stantione de Campanea interfui

Così S per celebrati contractus

Così S per habite

Così S per iusti

Così S per subvenitur

Così S per iuri

Così S per generalem renuntiationem

Così S per iuri

Così S per? inter partes

Così S persollemnitas

Così S per refici et emendari piuttosto che ac- emendi

Integrazione dal regesto coevo, forse per Abriola

Così S verosimilmente per Dominico de Vineola

et me subscripsi Ego Gaspar de Abrucio t(estis) Signum
crucis proprie manus Antonelli de Zuza qui supra teste
idiote scribere nesciente <sic> Signum crucis proprie
manus Carrechie qui supra teste idiote scribere nesciente
<sic>